causa[m] eandemq[ue] cognoveritis vera et id quod facio, pro-
babitis, et de nulla re magis mihi agendu[m] dicetis.
Nam cu[m] de summis illis Magnae D[omi]ni Parentis laudibus
ex hoc ipso ornatissimo loco multi graviter ornateq[ue]
peroraverint, vobis n[on] modo gaudentib[us], sed et plauden-
tib[us], vos ipsos summu[m] incitamentu[m], ac tantum maxi-
ma mei consilij sum arbitratus. Si equidem suavissi-
mae Matris laudes tantis blanditijs aures vestras
permulserunt, tot ij, tot bene meriti parentis encomia
nullam certe fastidium, sed gaudium amplissimum vobis
excitatura videbunt: quae si me dicente hoc con-
cursu litteratissimorum hominum hac vestra huma-
nitate loqui patiemini, vobis maxima atq[ue] incre-
dibilia esse ostenda[m].
Magna sane non solu[m] Ecclesiae Triumphantis, sed
et[iam] militantis gloria est, quod sanctoru[m] virorum
copia tanta habeat, ut quisnam potissimu[m] laudan-
dus ac honorandus sit difficile quis deliberare
possit: cu[m] igitur sit Divus Josephus, qui etsi non
dum primos tenere concedatur, dignitatis tamen ac
gloriae tantae sit, ut n[on] modo eoru[m], qui nunc sunt,
hominum gloriam, sed et[iam] antiquitatis memoria
sua perexcellenti eminentia superare videatur quae-
res te, quae cuiusq[ue] animum ut summe laudando

Licenza: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 61v – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/it/zbz/D0147/61v)